



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-844820-p0001-8

DFG

OBSERVATIONES
IVRIS ECCLESIASTICI

Q V A S

ILLVSTR. ICTOR. ORD. AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO
W I L K E

P. P.

SER. ELECT. SAX. IN SVPR. LVS. INF. REG. CONSIL.
EIVSDEM QVE CVRIAEC PROVINC. CONSIST.
ECCLESIAST. LIPS. ET FAC.
IVRID. ASSESS.

D. XXVIIII. DECEMBER. A. O. R. CICICCLXXIIII


H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T
GEORGIVS FRIDERICVS CHRISTIANVS
B O E R N E R

GVELFERBYTANVS

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .





OBSERV. X.

Patrini officium impune recusari non potest.



uibus temporibus mos ille inualuerit testes in baptismo adhibendi, inquirere non est nostri instituti, id saltim constat primis temporibus nullos fuisse testes adhibitos, quamuis adulti in praesentia totius ecclesiae baptizarentur, et vniuersa ecclesia testimonium de eorum fidei confessione exhiberet; sed eorum usum tum demum innotuisse cum infantes baptizarentur. Quoniam enim de his confessio fidei atque renunciatio diaboli desideraretur, quam infantes per se praestare non poterant, opus erat testibus atque sponsoribus. Ad hoc munus suscipiendum an quis compelli possit multi Iuris Canonici interpretum dubitant. Sane leges expressae iuris Canonici hac in parte deficiunt, quare quid consuetudine introductum videndum. Boehmerus in Iure ecclesiastico Lib III, Titt. XLII. §. XLII. quidem existimat: susceptoris munus obire ad officia amoris et humanitatis pertinere, adeoque ad hoc neminem de iure cogi posse, si id recusauebit: Aliae enim sunt regulae amoris et honestatis, aliae iuris. Hae neminem adstringunt ut inuitus alicui officium humanitatis



nitatis praestet, adeo ut nequidem iustas recusationis causas edere obstrictus sit, cum sufficiat, quod officia humanitatis obligationem producant imperfectam. Aliter sentire videoatur Stryckius ad Brunnemann Ius ecclesiasticum; L. II. Cap. I. membr. II. pag. 291. qui rem ira distinguit; scilicet susceptoris officium iuste declinari posse, si viderit coniuuii et compotationis gratia illud factum esse, quod tamen limitationem quandam admittere putat: scilicet posse hunc baptismio praesentem esse, sed se postea coniuuiu ac compotationibus subtrahere. Nec iusta haec mihi videtur esse causa tale officium susceptoris recusandi, et in eo potissimum standam opinioni Schilteri qui Lib. II. Titt. II. de SS. baptimate statuit. Detrectans munus sine iusta causa punitur mulcta, vel carcere et deprecatione publica ita decretum in Consistorio Citicensi d. 17. Junii 1667. Etenim omnino distinguendum est inter id, ad quod quis in republica ciuili obligatus est, et inter id, quod vnicuique Christiano in alterum incumbit, et quod quilibet, quod sibi vult fieri, alteri quoque facere debeat. Mitiorem tamen in partem Consistoriorum Lipsiense nuperime rescriptis Superintendenti Eckartsbergensi his verbis:

Wir haben aus eurem eingeschickten Berichte und aus denen beyverwahrt zurückgehenden Acten verlesen, wie N. N. als er von N. N. bey des letzten Kinde Pathen-Stelle zu vertreten erfuchet worden, sich dessen verweigert, und weder den Gevätter-Brieff angenommen, noch beym Tauff Actu sich eingefunden, sowohl was ihr auf N. darüber geführte Beschwerde zu Unserer Resolution gestellt. Nachdem nun dieser allgemeinen Christeu-Pflicht niemand sich entbrechen soll. Als befehlen Wir an euch hiermit, ihr wollet N. dessen bescheiden, ihn sein diesfäliges Ungebühr verweisen, und denselben zu Abstattung der in der Sache veruhrsachten Unkosten anhalten.

Vtrum

Vtrum autem susceptores ad pecuniam lustricam offerendam
sint obligati, affirmare minime ausim, cum nemini suum
officium debeat esse damnosum.

O B S E R V . X I

*Potronus ecclesiae agnatos s. cognatos sine praescitu Consistorii in
ecclesiam sepelire non potest.*

Inter alia priuilegia, quae patrono ecclesiae competunt,
pertinet etam ius sepulturae in ecclesia. Etenim cum
mos ille inualuerit sepeliendi defunctorum corpora in eccle-
siam, atque honorificum existimaretur locum sepulturae in
ecclesiis accipiendi, illum honorem p[re]al[ic]is patrono eccle-
siae competere debere communi opinione introductum,
quod scilicet patronus ecclesiam magnis beneficiis ornauit,
et eius auctor atque conditor factus est, hinc etiam post
mortem locum sepulturae in ecclesia habere ipsi permisum.
Quoniam vero patronus ecclesiae eius non est dominus, hinc
etiam requiritur, ut Superintendenti notum fiat, si patronus
ecclesiae in eam est sepeliendus. Sed quod ipsi Patrono hac
in parte est concessum ad eius agnatos et cognatos pertine-
re non potest, quippe quod ipsi priuilegii instar est conce-
sum, illud omnino strictissime est interpretandum nec ad
patroni cognatos sive agnatos transferendum. Hinc sine
praescitu Consistorii Patronus neque agnatos neque cognato-
s in ecclesiam sepelire potest, imo etiam pro loco sepultu-
rae certam quandam summam ad aerarium soluere est ob-
strictus. Nunc quidem in c. 3. X. de sepulturis, prohibi-
tum est quicquam pro loco sepulturae exigere his verbis:
Abolenda consuetudinis peruersitas apud montem Pessu-
len: (vt dicitur) inoleuit, ut decedentibus non prius per-
mittatur effodi sepultura, quam pro terra in qua sepeliendi

A 3

funt,

◆ ◆ ◆

sunt, certam pretium ecclesiae persoluatur: et infra: Mandamus, quatenus cum loci dioecesanus existas, inhibeas Clericis ne quicquam omnino presumant exigere hac de causa. Nihilo tamen minus recentioribus temporibus mos ille inuitauit certum pretium pro loco sepulturae exigere, idque potissimum obtinet hoc in casu, si in ecclesia quis sepiliri cupit. Quare etiam Consistorium Lipsiense nuperrime sequentem in modum rescriptit:

Wir haben verlesen, womit ihr sowohl das ohne des Superintendenzen Vorwissen von euch veranlaßte Begräbniß der von M. in der Kirche zu T. als das Lauten der Glocken bey dieser naechtlichen Beysetzung zu entschuldigen gesucht. Nachdem nun zwar denen von Adel die naechtliche Beysetzung und dabey der Gebrauch derer Laternen unverwehrt, letzteres aber, daß die Beysetzung der von M. nicht am Tage vor sich gegangen, zur Gnüge beweiset, mithin hiebey das Lauten der Glocken allerdings zur Ungrbühr geschahen, und dadurch, daß solches bey mehrern dergleichen Faellen unternommen worden, nicht gerechtfertigt werden kann, eben so wenig aber einem Patrono in der Kirche, an welcher ihm kein Eigenthum zuständig, eine Grabe-Stelle gleichsam zu veraeu fern nachgelassen, vielmehr Vns, was hieroor an die Kirche zur Abfindung erlegen werden soll, zu bestimmen zukommt, diese eigenmaechtige Anmassungen auch euch andurch verwiesen werden, übrigens Wir, das für die dem Leichuamme der von M. in der Kirche zu T. eingeraeunte Grabe-Stelle, an besagte Kirche zu entrichtende Abfindungs-Quantum auf zehn Thaler bestimmet. Als begehren in Nahmen etc. Wir hiermit an Euch, ihr wollt euch darnach achten, und euch in Zukunft solcher ungehükrlische Anmassungen gaenzlich enthalten, nicht weniger binnen Vier Wochen ermeldete zehn Thaler zum Aerario mehrrewehnzer Kirche bezahlen, ingleichen binnen ebenmaesiger Frist die dics-



7

diesfalls bey der Superintendentur aufgelausenen Unkosten abstat-
ten, bey specificirte Consistorial-Gebühren aber allhier berich-
tigen.

Cum vero Patronus hac decisione nollet acquiescere, sed
potius remedio Appellationis contra eam vteretur, his al-
latis rationibus: Sibi tanquam Patrono ecclesiae T. compe-
tere sepulturam in ecclesia sua permittere, idque multo ma-
gis hanc ob easam, quod defuncta ipsi necessitate tam ar-
ete coniuncta fuisset, vt illam filiae loco habuerit, et quam-
quam negare nollet Mandatum de anno 1637. die 22. Martii
emissum ad sepulturas in ecclesiis concedendas consensum
Superintendentis desiderare, tamen hocce Mandatum neque
ad personam Patroni nec ad eius familiam esse extenden-
dum, nec aliud speciale mandatum exstare, quod Pa-
tronu*m* hoc ius interdiceret, huc accedere, quod hic ca-
sus qui in praesenti litem causam dederit, non fuen-
tit primus, cum iam exempla extarent, ante quadragin-
ta annos a possessoribus feudi T. qui etiam iure Pa-
tronatus gauderent, suorum agnitorum et cognatorum
corpora in ecclesiam fuisse sepulta, nec ex rationibus super
aerarium ecclesiasticum habitis, exemplum adduci posse,
quicquam pro loco sepulturae fuisse solutum; quapropter
ipsum aliquid quod legibus ecclesiasticis non conueniat, mi-
nime eommississe, ideo que a solutione summae determinatae
pro loco sepulturae, et restitutione expensarum fore immu-
nem; sed relatione hac de causa ad Principem Serenissi-
mum data, interposita Appelatio reiecta coque ipso Rescri-
ptum Consistorii Lipsiensis confirmatum fuit.

OBSERV.

* * * * *

O B S E R V . XII.

*Sacerdotem pagi et ludimoderatorem invitare ad nuptiales
vel baptismales epulas non est res merae
facultatis sed necessitatis.*

Plerumque in matriculis determinata sunt salario pastorum et ludimoderatorum tam substantialia quam accidentalia et inter posteriora etiam refertur ius interestè epulis nupcialibus ac baptismalibus, et ubi adeat haec dispositio in matricula res indubitati juris esse solet. Ast maius dubium moveri potest, si in matricula nihil hac de re dispositum, et tunc videtur invitatio sacerdotis pagi et ludimoderatoris ad epulas nuptiales et baptismales ad res merae facultatis omnino referri, quoniam nullum ius cogendi adsit, etiamsi per tempus praescriptum hae personae semper fuerint admissae, sed in libertate naturali consistat, vtrum quis sacerdotem et ludimoderatorem ad tales epulas invitare velit nec ne. Sed etiamsi lex hac in parte deficiat, tamen ex obseruantia introductum est, ut sacerdos pagi et ludimoderator ad epulas et baptismales invitari debeant, atque parochiani, si de ea re lis oriatur, condemnantur atque coguntur invitare sacerdotem pagi et ludimoderatorem ad epulas nuptiales et baptismales etiamsi prouocent ad libertatem naturalem, atque hoc iure vitetur Consistorium Lipsiense et quidem ex hac ratione seruandi scilicet boni ordinis causa, et ne quicquam perpetretur, quod bonis moribus minime conueniat.



V
D
18

Leipzig, Diss., 1774





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Centimetres
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
Inches	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

OBSERVATIONES IVRIS ECCLESIASTICI

Q V A S

ILLVSTR. ICTOR. ORD. AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. DAVID GOTTFRIED AEGIDIO
W I L K E

P. P.

SER. ELECT. SAX. IN SVPR. LVS. INF. REG. CONSIL.
EIVSDEMQUE CVRIAEC PROVINC. CONSIST.
ECCLESIAST. LIPS. ET FAC.
IVRID. ASSESS.

D. XXVIIII. DECEMBER. A. O. R. CICICCLXXIIII

H. L. Q. C.

P V B L I C E D E F E N D E T
GEORGIVS FRIDERICVS CHRISTIANVS
B O E R N E R

GVELFERBYTANVS

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

